Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



30.

18) Exordium magnum Dist. 1, C. 22. Exordium parvum C. 17. Hardingorum illustris familia ad nostra usque tempora in Anglia perseverat; sed quod a catholicis sacris aliena. Ex ea prognatus fuit R. P. Patritius Harding: qui Religionem non modo catholicam, sed etiam Cisterciensem professus est in cænobio Mellifontano in Hibernia. Transvectus posthac in Galliam, factus est legionis Lothariniæ sub Leopoldo Duce Sacellanus; aliquando Stamsii hospitabatur: ubi phlebotomus triduo subsistit usque ad 24. Maji an. 1702. Franciscus Ab. Stams. in Diario.

19) Henriques Annal. Introd. C. 2.

20) Exordium magnum Dist. 1, C. 22, item 12, 13.

21) Exordium magnum Dist. 1, C. 22.

22) Exordium magnum ibidem. Vid. supra Add. 13 et 16. Joannes Abbas generalis Cister. in l. privil. epilogo: Cisterciensis religio, peculiaris est in terris familia gloriosissima Matris Domini, cujus vivendi formam sibi devotis famulis primis Patribus nostris inspirare certum est. Nam ultra spirituales revelationes intimasque consolationes, sæpius fulgidissimo cæli civium stipata comitatu, eos visitabat, etiam visibiliter consolabatur, adoccebat, adjuvabat, dirigebat. Ob hoc et ipsa sacri hujus Ordinis Patrona, Domina, Protectrix et Advocata nominatur. Sicut et Ordo ipse primus est omnium Ordinum in ejus honorem dedicatus, cujus habitum tam monachorum quam sanctimonialium tradidisse fertur. cum tanta dignitatis auctoritate, merito et virtute: ut diabolus nullam habeat. Plura de Patrocinio B. V. Mariæ vide apud Henriquem Fasc. l. 2, Dist. 2, C. 2; et Sartorium Cist. hist. Tit. 9 et 21; item infra C. seq. ad vitam S. Bernardi.

23) Exordium magnum Dist. 1, C. 22. Exordium parvum C. 17.

24) Guilelmus Ab. S. Theodorici in Vit. S. Bernardi Lib. C. 1: Pater ejus Tecelinus vir antiquæ et legitimæ militiæ (id est, nobilitatis) fuit, cultor Dei, justitiæ